cognitio. vera dilectio. firma ꝯiunctio. ſocie
tas indiuidua. ſimilitudo ꝑfecta. vita beata
in eternuꝫ ⁊ vltra in perpetuas eternitates.
Odoꝛ aūt ⁊ dulcedo ꝑlibaꝫ ꝑdictoꝝ ⁊ guſta
tur a ſpiritib⁹ ambulātib⁹ in ꝑdictis itineri
bus ex quo veloci⁹ currūt. Unde Gregori⁹
xv. moral. dicit. Supioꝛa amare iā ſurſum
ire eſt. dūq3 magno deſiderio ad celeſtia ho
mo inhiat miro modo hīpm qđ accipe que
rit iā deguſtat. Ex q̄ ſpirit⁹ itinerās maxime
cōſolaꝫ. cōſolat⁹ currendo caleſcit. calefact⁹
deuotione molleſcit. mollificat⁹ amando li
queſcit. liquefact⁹ feruēdo ſurſum effluit. vt
nuſq3 niſi in eternitate ſiſtere ⁊ quieſcere ve/
lit. Unde Orige. ſup Cañ. c. ij. dicit ſic. qua/
ſi ammirādo Diuine cōſolatiōis dulciſſim⁹
affectus vt audio eſt liquefactio. Liqueſcit
eñi mens cū deuotiōe molleſcit vt ſponſus
in ea ſuauiter cubet ⁊ nihil ei dure obſiſtat.
Liqueſcit dū deuotiōe caleſcit vt dilectus ī
ea calorē diuini amoꝛis inueniat. vt quaſi q̄
dam cōtactus ſpūalis fiat. qui maximā de/
lectationē generat. Liqueſcit. quia dū deuo
tione ſupeffluit vt de⁹ ſolū plenū dominiuꝫ
in ea obtineat. tūc oēs mot⁹. oēs niſus.
oēs impet⁹ eius eternitate feliciter termi
nat. Hec ille. Ad quā domuꝫ eternitatis
nos ꝑducat cōducat ⁊ inducat q̄ eſt trinus
⁊ vnus de⁹ in eternū benedict⁹. Amen.

¶ Expliciūt ſeptē itinera eternitatis
a ſancto Bonauentura doctoꝛe ſe
raphico compilata.

¶ Incipit tractatus de quattuoꝛ virtutib⁹
cardinalib⁹ ſancti Bonauenture.

De quattuoꝛ uir
tutib⁹ cardinalib⁹ ſunt ꝟtutes
politice i. ſciētie de gubernatio
ne ciuitatū. purgatoꝛie purga/
ti animi. ac exēplares. Seneca. Quattuoꝛ
ꝟtutū ſpēs multoꝝ ſapiētū ſentētijs diffini/
te ſunt. q̄b⁹ anim⁹ human⁹ cōptus ad hone
ſtatē vite poſſit accedere. Quaꝝ prima ē pru
dentia. Secūda magnanimitaſ. Tertia cō
tinentia. Quarta iuſticia. Singule igiꝫ ho/
neſtū ⁊ bñ moꝛigeratū faciūt virū. Gregori
us. Solidū noſtre mētis edificiū pruden/
tia. tēpantia. foꝛtitudo. iuſticia ſuſtinent.
In his igiꝫ q̄ttuoꝛ virtutib⁹ tota boni ope
ris ſtructura cōſurgit. Unde quattuoꝛ pa/
radiſi flumina terra irrigaꝫ. quia dū his q̄t/
tuoꝛ virtutib⁹ coꝛ infundiꝫ. ab oīi deſide/
rioꝝ eſtu tēperaꝫ. Cardinales appellanꝫ. q̄a
ſicut oſtiū vertiꝫ in cardine ⁊ regiꝫ. ita his re
gitur ⁊ vertiꝫ vita homis. Per virtutes nā/
q3 cardinales rectificaꝫ aīa in ſuis virib⁹.
Nam prudētia rectificat vim rationalem.
Foꝛtitudo ſiue magnanimitas iraſcibilem.
Temperātia ſiue cōtinentia concupiſcibilē.
Juſticia ꝟo rectificat oēs vires. Jpa eñi
iuſticia apprehēdit oēs virtutes ad ꝓxim.
vt eſt liberalitas. ⁊ oꝛdinātes ad ſeipum. ſi/
cut eſt penitētia ⁊ innocētia. Et oꝛdinantes
ad deū. ſicut eſt latria pietas ⁊ obedientia.
Et ideo iuſticia diciꝫ retinēs oēs ꝟtutes.
quia nō tñ eſt ſpecialis ſed generalis virt⁹
cōprehēdens toti⁹ animi rectitudinē. cum
ꝑa dicaꝫ rectitudo volūtatis. Nota ꝑ virtu
tes cardinales homo in oīb⁹ opib⁹ inſtru
itur ⁊ cōtra vicia armaꝫ. Primū fit duplici/
ter. quo ad ſe ꝑ prudentiā. ad ꝓximū ꝑ iuſti
ciam. Secundū etiā dupliciter. In ꝓſperis
ꝑ tēpantiā. in aduerſis ꝑ foꝛtitudineꝫ ar/
maꝫ. Auguſtin⁹. Prudētia eſt in ꝑcauendis
inſidijs. Juſticia in ſubueniendis miſerijs.
Foꝛtitudo in ꝑferēdis moleſtijs. Tēpan
tia in coercēdis delectationib⁹ prauis. Po
litice dicunꝫ. put ſunt in recto regimine rati
onis. Purgatoꝛie put ſunt in victoꝛia vicio
rum. ⁊ reſpiciūt ꝓxim interioꝛa. ⁊ ꝓxim exte/
rioꝛa. Purgati animi dicunꝫ quādo deuict3
vicijs poſſeſſoꝛ virtutū quieſcit. raro inſur/
gētib⁹ motib⁹ prauis primis. Exemplares
dicunꝫ que in mēte diuina cōſiſtūt. Nā idee
in deo ſunt ⁊ omniū reꝝ exēplar eſt. Nota
q̄ quelibet virt⁹ cardinalis poteſt coaptari
ſingulis virtutib⁹ iā premiſſis. Nā pruden/
tia put eſt virt⁹ politica vt ait Macrobius
eſt ad ratōis noꝛmā que cogitat ⁊ q̄ agit vni
uerſa dirigere ⁊ nihil ꝑter rectū facere vl̄ vel
le. Secūdo prout eſt virt⁹ purgatoꝛia ē mū
dum ⁊ oīa que in mūdo ſunt diuinoꝝ cō/
templatiōe deſpicere. Tertio put eſt virtus
purgati aī. eſt ſola diuina noſcere ⁊ ea tanq3
nihil ſit aliud intueri. Exemplaris autē eſt
ipſa mens diuina cui oīa nuda ſunt ⁊ ap/
ta. ⁊ diſponit vniuerſa que in celo ſunt ⁊ que
in terra ſunt ⁊c. Primus grad⁹ facit ho/
minē in omnib⁹ rationabiliꝫ operari. ⁊ cum
hominib⁹ honeſte cōuerſari. Secūdus mē
tem alti⁹ erigit. quia cū mūdana deſpicit. eter
na ⁊ celeſtia prudenter appetit. Terti⁹ mēte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plenius pficit dū eam in eternis figit. q̄a ſo/
la eterna celeſtia bona cōcupiſcit. Quartus
qui in ſolo deo eſt p̄dictos gradus inchoat
deducit ꝛ cōſummat. qꝛ om̄is vera pruden
tia a dn̄o deo eſt. Seneca. Quiſquis prudē
tiam ſequi deſideras. tūc ꝑ rationē recte vi/
uas. ꝛ om̄ia prius eſtimes ꝛ ꝑpēſeſ. Si pru
dens eſſe cupis in futura ꝓſpectū intende.
ꝛ que poſſint cōtingere cūcta an̄ ꝓpone. nil
tibi ſubitū ſit ſed ante totū ꝓſpicias. Nam
qui prudēs eſt nunq̄ꝫ dicit. non putaui id fi
eri. quia nō dubitat ſed expectat. nec ſuſpi/
catur ſꝫ cauet. Si prudētiā amplecterē. vbi
q̄ꝫ idem eris. ꝛ ꝓut varietas exigit rex. ita te
accōmodes tempi. Sermo tu⁹ non ſit ina/
nis. ſed aut ſuadeat aut moneat aut cōſoleſ
aut precipiat. lauda parce. vitupa parci⁹ Nā
ſimiliter rep̄benſibilis nimia laudatio ſicut
immoderata culpatio. Illa ſiquidē adulati
one. iſta malignitate ſuſpecta ē. Si prudēs
eſt anim⁹ tu⁹ trib⁹ tempib⁹ diſpenſeſ. preſen
tia ordina. futura ꝓuide. preterita recordare
Nam q̄ nō de futuro premeditaſ. in omnia
incaut⁹ incedit. ꝓpone animo tuo mala fu/
tura ꝛ bōa. vt illa ſuſtinere poſſis. iſta mode
rari Nō ſemꝑ ſis in actu ſed interdū animo
tuo dato requiē. Sed ꝛ ipā requies plēa ſit
ſciētie ſtudijs ꝛ cogitationib⁹ bonis. Nam
prudēs nunq̄ꝫ marcet ocio. Aliquādo aīuꝫ
remiſſum nunq̄ꝫ diſſolutū habet. Nō temo
ueat auctoritas dicētis. nec quis ſꝫ quid di
catur attēdito. nec q̄ꝫ multis ſed qualib⁹ pla
ceas cogites. Prudētia eſt bonaꝝ rerum
ꝛ malaꝝ diſcretio vtraq̄ꝫ. cū fuga mali ꝛ ele/
ctione boni. de qua ꝓcedit circumſpectō do
cilitas cautio. Circūſpectio eſt cautela con/
trarioꝝ vicioꝝ qua fugim⁹ auariciā ꝛ caue/
mus ꝓdigalitatē. Docilitas eſt potētia eru/
diendi. hoc ordine vt ꝓus te ꝛ poſtea alios
inſtruas. Cautio eſt prudētia diſcernēdi vi/
cia. virtutū ſpeciē inferentia. Prudentia i
ſex diuidiſ. In cognitionē p̄ſentiū. Prouer.
iiij. Precedāt palpebre tue greſſus tuos. id
eſt cōſilia tua facta tua ꝓueniant. Secūdo
in memoriā p̄teritoꝝ. Ezechias. Recogita/
bo tibi om̄es annos meos ꝛc̄. Tertio in ꝓ/
uidentiam futuroꝝ. Boetius. Nō ſufficit i/
tueri qḋ ſitū eſt ante oculos. prudētia rerū
exitus metiſ. In circūſpectionē contrarioꝝ.
Prouerbioꝝ. xiiij. Eſt via que videſ homi/
ni recta. nouiſſima autē illi⁹ ducūt ad mor/
tem. Quinto in cohibitionē peccatoꝝ. Pau
lus. Caſtigo corpus meū ꝛ in ſeruitutē redi
go. Sexto in exercitationē virtutū. Eccle/
ſiaſtes. ix. Quodcūq̄ꝫ poteſt man⁹ tua face/
re inſtāter oꝑare. Secūda virtus cardi/
nalis eſt tempantia. que ꝓut eſt virtus poli/
tica. eſt nihil appetere penitendū. in nullo le
gem moderatiōis excedere. ſub iugo rōnis
cupiditatem domare. Secūdo ꝓut eſt pur
gatoria. om̄ia relinquere inquantū natura
patitur que corꝑis vſus requirit. Tertio ꝓ
ut virtus purgati animi. eſt terrenas cupi/
ditates nō ſolū reprimere ſed penitus obli/
uiſci. Quarto ꝓut exemplaris que in deo ē.
ſic eſt ꝙ in ſe ꝑpetua eſt. in intentiōe conuer/
ſa eſt. Prim⁹ ab exceſſu ꝛ defectu cuſtodit. qꝛ
ei mediū virtutis om̄i tempe oſtēdit. Secū
dus mentē ad eterna ꝑfecte dirigit. quia ſu/
perfluitatē reꝝ grauantiū firmiter excludit
Tertius mentē in eternis figit. quia concu
piſcentiā om̄is inordinati cōcupiſcibilis pe
nitus extinguit. Quart⁹ predictos gradus
inchoat. deducit ꝛ ꝑducit ꝛ ꝑficit. quia omni
creature numeꝝ pondus ꝛ menſurā tribuit
Seneca. Si cōtinentiā diligis circumcide
ſuꝑflua. ꝛ in artū deſideria cōſtringe. Conſi
dera tecū quantū natura depoſcat. non q̄n/
tum cupiditas ſpectat. palatū tuū fames ex
citet. nō ſapores. nec ad voluptatē ſed ad ci/
bum accedas. nec p̄ſentib⁹ delitijs inhere/
bis. nec deſiderabis abſentes. Si cōtinen/
tiam diligis turpia fugito anteq̄ꝫ accidant.
nec q̄cq̄ꝫ aliud magis verēs q̄ꝫ teipſum. om/
nia preter turpitudinē tollerabilius crede.
a verbis quoq̄ꝫ turpib⁹ te abſtine. quia licē
tia eorū impudentiā nutrit. Si ꝯtinens es
opus eſt cōtinue affectiones adulationum
repellere. quoꝝ ſermones animū quadā vo
luptate reſoluūt. Si cōtinens es. ꝛ animi ꝛ
corꝑis motus obſerua ne indecori ſint. nec
ideo cōtemnes quia latent. Nā nihil differt
ſi nemo videat cū ipſe videas. Cunctis eſto
benignus. nulli bland⁹. ꝛ paucis familiaris
omnib⁹ equ⁹. bone fame. neq̄ꝫ ire ſeminator
neq̄ꝫ inuidus aliene felicitati. ad iram tard⁹
ad miſericordiā pron⁹. in aduerſis firmus.
in proſperis caut⁹ ꝛ humilis. virtutū occul/
tator ſicut vicioꝝ. rari ſermonis ſed loquen
tium patiēs. Que noſti ſine arrogantia po/
ſtulanti impertes. que neſcis ſine occultatio/
ne ignorātie. tibi poſtula humiliter imparti
ri. Notandū ꝙ tempantia eſt virtus cuꝫ
potentia reſiſtendi illecebris in nobis impe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus facientibus. ex qua pcedit ɔtinētia. que eſt virtus ab illecebris. caſtitas. ſobrietas. ꝑcitas qua retinemꝰ retinenda. largitas. moderantia. honeſtas. abſtinentia. verecundia modeſtia. omniū rerū moderatio. Tertia cardinalis virtus eſt foꝛtitudo politica que eſt animū ſupꝛa periculi metū erigere. nihil ꝙ niſi turpia timere. Secūda purgatoꝛia ē animo nō terreri cōtra queqꝫ aduerſa. Tertio purgati animi eſt paſſiones non ſolum vincere coꝛpis. ſed animo penitus ignoꝛare Exemplaris que in deo eſt ꝙ ſemꝑ idez eſt nec vnqꝫ mutaꝛ. Ex his poteſt patere ꝙ primus gradus hoīem facit omnē metū ꝑ vtilitate reipublice poſtponere. ꝛ nihil niſi turpia foꝛmidare. Secūdus magis confoꝛtat vt nulla pena carnalis eū terreat. quia ad ſola eterna foꝛtiter anhelat. Tertius mentem in eternis figit cū cōtraria viderit repugnare animo. ꝛ cōfidenter cōtemnit. Quartus ꝑdictos gradꝰ inchoat deducit ꝛ conſūmat Ipe attingit a fine vſqꝫ ad finem foꝛtiter. ꝛ diſponit oīa ſuauiter. Seneca. Magnanimitas que et foꝛtitudo dicitꝛ ſi inſit aīmo tuo. viues cū magna fiducia. liber. intrepidꝰ alacer. Magnū animi humani bonū eſt finem huiꝰ vite intrepidū expectare. Si magnanimꝰ fueris nunqꝫ iudicabꝭ tibi cōtumeliam fieri de inimico. dices non mihi nocuit ſed nocendi animū habuit. ꝛ cū ipſum in poteſtate tua videris. vindictā putabꝭ vindicare potuiſſe ꝛ non feciſſe. Scito eīm magnū ꝛ honeſtū vindicte eē genus ignoſcere. Erꝫ magnanimꝰ ſi pericula non appetas vt temerarius. nec foꝛmidas vt timidus. Nā timidū non facit animū niſi repꝛehēſibilis vite cōſciencia. Foꝛtitudo eſt immobilis intꝛ aduerſa animi laboꝝ ꝛ periculoꝝ ſuſceptio. q̄ nec aduerſitatis incurſu frangitꝛ. nec ꝓſperitatis blandimēto eleuatꝛ. De qua oꝛitur magnanimitas. fiducia. ſecuritas. patientia. ꝑſeuerantia. longanimitas. humilitas. manſuetudo. ꝛc̄. Quarta virtus cardinalis eſt iuſticia politica. que eſt mundū deſpicere. et ſeruare vnicuiqꝫ qd̄ ſuū eſt. ſcꝫ ſibi ipſi ꝛ ꝓximo ꝛ deo. Purgatoꝛia eſt ad veram viā ꝓximi conſentire. ꝛ vniuſcuiuſqꝫ virtutes ī ſuo vigoꝛe ſeruare. Tertio purgati animi. eſt cū diuina mente ꝑpetuo federe ſociari. Exemplaris iuſticia q̄ in deo eſt ꝑhenni lege a ſempiterna operis ſui cōtinuatione nō flectitur Primus gradꝰ ab oīni iniquitate cuſtodit. ꝛ cum oīnibꝫ hominibꝫ cōuerſari facit. Secundus mentē ad eterna trahit. quia in ſto oꝛdine rationis ꝑfecte cōſentit. Tertiꝰ mentem in eternis figit. quia illaꝫ cum deo eterno ꝑpetuo federe ſociat. Quartꝰ predictos gradus inchoat. deducit. ꝛ perficit qui omnem creaturā ſua ꝑpetua ꝛ inflexibili lege inſte regit. Ex his patet quomodo per virtutes cardinales vt ſunt politice homo oꝛdinatur in opationibꝫ ſuis quo ad ꝓximū ſuū per virtutes que ſunt purgatoꝛie oꝛdinatur ad ſeipm̄. Purgati animi ad deū. Seneca. Iuſticia eſt nature decus. tacita ɔuentio.

¶ Explicit tractatus de quattuoꝛ virtutibus cardinalibus editꝰ a ſancto Bonauentura doctoꝛe ſeraphico.

¶ Sequuntꝛ octo collatōnes ſancti Bonauenture. facte in conuentu tholoſano. Et ꝑma de verbi incarnatione

VIde aīma mea innouata mirabilia veritatis. Nec oīa videre poſſumꝰ q̄ fecit iunctura cōfederās deū ꝛ hominē in verbo quod factū eſt qd̄ fecit deus ꝛ oſtendit nobis. Primo vis videre eternitatē nouā. quia q̄ filius dei eſt eternaliter. caro factus eſt tempaliꝛ. Vide anima mea non poterat te redimere niſi haberet preciū. nec debebat ſm̄ legē niſi eſſet ꝓpinquus. Homo ꝓpinquus erat ſed precium nō habebat. Deus preciū habebat. ſꝫ ꝓpinquus nō erat. non debebat niſi homo. non poterat niſi deus. Factꝰ eſt ergo deꝰ homo propinquꝰ. ꝛ factus eſt noſter Jeſus vir precioſioꝛ auro ꝛ homo mūdo obrizo. Iſa. xiij. Sacculū pecunie tulit ſecū. quia deus homo in carne apparuit. ꝛ verbū in carne q̄ſi pecuniā in ſacco abſcondit ꝛ hominē reū redemit. Secundo admittit immēſitas breuitatē. quia verbū abbꝛeuiatū fecit dn̄s ſuper terrā. Verbū inqꝫ diuinitate immenſum. eſt poſitiōe preſepij abbꝛeuiatū. Vide anima mea dulcia mirabilia ꝛ omnino tibi neceſſaria. Tua neceſſitas non minus q̄ꝫ dei filio ſupplebatꝛ. ſed tua poſſibilitas non capiebat immēſum ꝛ maioꝛ erat neceſſitas q̄ꝫ capacitaſ. Propter quod mirabilis diſpēſatō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf